

gentiam viginti dierum confirmat. (V. Kal. Jun., p. a. 6.)
— 'Certum est et'.

L. 235, n. 16^{bis}.

Coelestinus III, 1196, Nov. 11. Laterani.

Decano et canonicis S. Marcelli Parisiensibus permittit, ut quae ecclesiae eorum prodesse cognoverint, expediant, nulla habita ratione canonicorum exterius commorantium. (III. Id. Nov., p. a. 6.) — 'Quotiens a sede apostolica'.

L. 235, n. 18^{bis}.

„ 1197, Mai 8. Laterani.

Episcopo Valaniensi concedit, ut successoribus eius nulum praeiudicium generetur per id, quod controversiam inter ipsum et fratres hospitalis Hierosolymitani terminet, 'signum crucis iuxta consuetudinem eorundem fratrum (de quorum consortio in episcopum fuerit vocatus) portare in vestibus promiserit et de indemnitate hospitalis super castro Margan eos reddiderit suo iuramento securos'. (VIII. Id. Maii, p. a. 7.) — 'Cum eius vicem'.

L. 235, n. 19.

„ 1197, Nov. 29. Laterani.

Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis, presbiteris et aliis ecclesiarum praelatis mandat, prohibeant parochianos, ne a fratribus hospitalis Hierosolymitani decimas de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus aut sumptibus excolant, sive de nutrimentis animalium decimas aut etiam primitias exigant. (III. Kal. Dec., p. a. 7.) 'Audivimus et audientes'.

L. 235, n. 22.
